
Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

- 1 Parthicus orientalibusque ac totius propemodum orbis rebus explicitis ad initia Romanae
2 urbis Trogus veluti post longam peregrinationem domum revertitur, ingrati civis
officium
3 existimans, si, cum omnium gentium res gestas inlustraverit, de sola tantum patria
taceat.
4 Breviter igitur initia Romani imperii perstringit, ut nec modum propositi operis excedat
5 nec utique originem urbis, quae est caput totius orbis silentio praetermittat.
6 Italiae cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus tantae iustitiae fuisse
dicitur,
7 ut neque servierit quisquam sub illo neque quicquam privatae rei habuerit, sed omnia
8 communia et indivisa omnibus fuerint, veluti unum cunctis patrimonium esset. Ob cuius
9 exempli memoriam cautum est, ut Saturnalibus exaequato omnium iure passim in
10 conviviiis servi cum dominis recumbant. Itaque Italia regis nomine Saturnia appellata, et
11 mons in quo habitabat Saturnius, in quo nunc veluti ab Iove pulso sedibus suis Saturno
12 Capitolium est. Post hunc tertio loco regnasse Faunum ferunt, sub quo Euander ab
13 Arcadiae urbe Pallanteo in Italiam cum mediocri turba popularium venit, cui Faunus et
14 agros et montem, quem ille postea Palatium appellavit, benigne adsignavit. In huius
15 radicibus templum Lycaeo, quem Graeci Pana, Romani Lupercum appellant, constituit;
16 ipsum dei simulacrum nudum caprina pelle amictum est, quo habitu nunc Romae
17 Lupercalibus decurritur.
- 18 Fauno uxor fuit nomine Fatua, quae adsidue divino spiritu veluti per furorem futura
19 praemonebat. Unde adhuc, qui inspirari solent, fatuari dicuntur. Ex filia Fauni et
Hercule,
20 qui eodem tempore extincto Geryone armenta, victoriae praemia, per Italiam ducebat,
21 stupro conceptus Latinus procreatur. Quo tenente regnum Aeneas ab Ilio Troia a Graecis
22 expugnata in Italiam venit statimque bello exceptus, cum in aciem exercitum eduxisset,
23 ad conloquium vocatus tantam admirationem sui Latino praebuit, ut et in societatem
24 regni reciperetur et Lavinia in matrimonium ei data gener adscisceretur. Post haec
25 commune utriusque bellum adversus Turnum, regem Rutulorum, propter fraudatas
26 Laviniae fuit nuptias, in quo et Turnus et Latinus interiire.
- 27 Igitur cum Aeneas iure victoriae utroque populo potiretur, urbem ex nomine uxoris
28 Lavinium condidit. Bellum deinde adversus Mezentium, Etruscorum regem, gessit, in
quo

29 cum ipse occidisset, in locum eius Ascanius filius successit, qui Lavinio relicto Longam
30 Albam condidit, quae CCC annis caput regni fuit.

Herbst 1967

- 2 -

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Aus welchem Werk ist der Text entnommen? Was läßt sich auf Grund der Stelle selbst über Inhalt und Anlage dieses Werkes sagen?
2. Welche Geschichtskonzeption deutet sich in der Charakterisierung des Reiches des Saturnus an? Welche sonstigen, insbesondere dichterischen Gestaltungen dieser Vorstellung sind Ihnen bekannt?
3. Was versteht man in diesem Zusammenhang unter **interpretatio Romana** und worin wird sie hier im Verhältnis zur griechischen Mythologie deutlich?
4. Im Anschluß an **Fatua-fatuari** sind Methode und Funktion antiker Etymologie kurz zu erläutern. Mit welcher Entdeckung beginnt die Möglichkeit wissenschaftlicher Etymologie und wem wird sie verdankt (Zeit!).
5. Um welcher chronologischen Schwierigkeit willen wurde die Königsreihe von Alba Longa konstruiert?